

Ibi: *Verum quod magis eandem sententiam.*

28 Ita l. si emancipati 9. C. de collat. interpretatur etiam Menoch. d. pref. 1. n. 3. vers. *Primo ex dicta lege*, Cagnol. in ead. leg. tamen, ut in meo codice legitur, minimè refragatur illa constitutio, nec suffragatur huic opinioni, quoniam sic scripta est: *Nec ulam testamentum relictum est, vel novissimum iudicium communis patris, teque emancipatum probatum fuerit.* Verbum enim, *probatum*, referri non potest iuxta hanc lectionem ad testamentum, sed ad emancipationem duntaxat, ut ipsa contextura demonstrat, nisi tollatur verbum *est*, prout tollitur à Menochio, & D. Covarr. dum verba constitutionis transcribunt.

29 Verum retenta lectione cum verbo, *est*, validum pro communi opinione constitutio illa exhibet fundamentum, ipsius mente ad amissim perpensa. Duo enim ibi requiruntur, ut collationi locus sit, & quod pater intestatus obiret, & quod unus ex filiis fuisset emancipatus. *Primum*, ut probetur, textus non requirit. *Secundum*, probandum esse ait, ut ex contextura ipsa appareat: huiusmodi differentiaratio nulla congrua reddi potest, nisi quod filius legitime natus, qualis erat ille, in patris potestate esse præsumitur, ideòque ipsi onus probandi emancipationem incumbit, l. si filius 8. ff. de probat. Menoch. cum aliis, d. lib. 6. pref. 55. n. 7. At patrem, sine testamento decessisse probare necesse non fuit, quia illud jus præsumit, quandiu testatum fuisse defunctum, non ostenditur. Igitur aperte ex ea lege deducitur, allegantem, aliquem non condito testamento decessisse, non teneri ad id probandum, cum pro se habeat juris præsumptionem, quæ onus hoc in adversarium transfert.

30 Favet itidem ratio urgens præfate sententiæ, quam considerat Mascard. d. conclus. 938. nu. 5. nam lex sanguine conjunctos ad hæreditatem vocat ex præsumpta defuncti voluntate, l. conficiuntur 8. ff. de iure codicillor. atque ita petens bona ex causa intestati, fundatam habet suam intentionem in iure communi, quod onus probationis in adversarium rejicit, Glos. ver. b. *actore*, vers. *Item fallit*, in c. unic. ut Ecclesiastic. benefic. Pacian. c. 8. n. 5. ubi alii. Qui contrariam voluntatem defuncti per testamenti confessionem probationibus debet ostendere; alioqui succumbet: nam qui præsumptione juris nititur, liquidissimam probationem censetur habere, nisi probetur contrarium, ut alibi dictum est sup.

31 Nec obstat; quod ita demum lex consanguineos ad successionem vocat, si intestatus defunctus mortuus fuerit, quæ qualitas probanda videtur, ut possint admitti, l. ejus qui in Provincia, vers. *Quoniam*, ff. si cert. petat. l. non ignorat 9. C. qui accusat. non pos. Ant. Gom. variar. tom. 3. c. 12. n. 44. Guttier. *Canonicar. quest. lib. 2. c. 19. n. 20.* Unde Pet. Greg. *synagmat. lib. 42. c. 1. n. 1.* Successionem ab intestato subsidiariam dixit. Nam id verum esset, si lex in ea qualitate se fundaret, quæ autem proximis vocat ad hereditatem consanguineos, eo non nititur, quòd defunctus non condidit testamentum, sed naturali affectione provenenti ex sanguinis conjunctione, propter quam præsumit, quemlibet velle, sua bona ad sibi conjunctos pervenire; tamen hæc præsumptio evanescit, ubi testator contrariam voluntatem, testamento condito, manifestat, cum in claris nullis conjecturis sit locus: quod ut, lex ostendat, ne videretur legitimos hæredes contra testamentum venire posse

ecs ab intestato vocari exprimit. Unde hæc qualitas probanda non est ab eo, qui se ut legitimum hæredem admitti desiderat, sed à testamentario successore qui illum excludere contendit, etsi aliter sentiat Pet. Greg. ubi proxime.

Ibi: *Et id allegantem probare plena probatione debere.*

Sed non præsumi aliquem intestatum decessisse, ac id ab allegante fore probandum, sentiunt cum Romano, Anton. Gab. *dict. lib. 1. conclus. 7. de probat. nu. 5. vers. Quarto Niconit. in capit. quoniam contra, part. 2. nu. 31. vers. Quarto decimo moror de probat.* Alber. Brou. *in tractat. de statut. famin. excludent. in fine, art. 15. Corn. cons. 125. in lit. D. col. penult. volum. 4. Mascard. dict. conclus. 938. à nu. 9.* qui docet, quod, ubi viget consuetudo quòd homines cum testamento decedant, facienda est inquisitio utrum defunctus fecerit testamentum interrogando Confessarium, vicinos, familiares aliasque personas, quibus id notum esse verosimiliter credatur, Judicis interveniente autoritate: quod limitat, si fama sit defunctum intestatum decessisse, quia non erit ea inquisitio necessaria. Nihilominus à communi sententia tradita nuper. n. 26. devianandum non est, quam limitat Pacian. ex Bartol. Jafone, & Imola, cap. 45. n. 3. & 4. quando communis opinio est in populo, quòd testamentum fuit conditum; nam tunc præfata inquisitioni locus erit, nam fama hunc operatur effectum,

#### Ad Num. 6.

De hoc plenè Pacian. *supra, lib. 2. cap. 12. nu. 26. cum multis seqq.* Et quidem receptissima est *Cumanis* sententia, scilicet sat esse ad obtinendam propinqui hæreditatem cognationis probationem, maximè si de certo gradu constet, nec requiri, ut probetur nullus esse proximior agente. Ita Anton. Gabr. *dict. lib. 1. tit. de probation. conclus. 6. n. 23. vers. Quarto dicitur*, Rub. in l. Gallus, §. *Quidam rectè*, col. 34. vers. *Sed hic quero*, ff. de liber. & posthum. Corn. cons. 197. in lit. A. vers. *Sed licet hæc videantur*, col. 1. volum. 4. Socin. in l. *Inter virum*, nu. 7. vers. *Tertio colligitur*, col. 2. ff. de reb. dub. Alciat. in l. *proximi*, ff. de verb. sig. Ripa in l. in illa, n. 26. vers. *Premissa inducuntur*, col. 5. ff. de v. rbor. obligat. Tit. *quell. de retract. lignag.* §. 11. glos. 1. n. 6. vers. *At si extraneus*, Cravet. cons. 249. n. 1. vers. *Probatio, col. 1. Pacian. dict. numero 26. vers. Sed in contrarium*, Molin. *de primogen. lib. 3. capit. 9. num. 21.* Menoch. cons. 816. n. 52. Anton. *Sola in commentar. ad decreta antiq. Sabaudie, part. 2. glos. 3. nu. 2. in fine*, Mascard. *conclus. 124. n. 1. §. 9. & ita verum est*, quamvis dissentiant Fulgos. cons. 184. n. 1. Alexand. cons. 124. col. 7. & alii, quos D. Covarr. refert paulò inferius.

Sed multi sentiunt, communem sententiam non aliter procedere, quàm si certus cognationis gradus probetur, nec sufficere genericam, sive indefinitam probationem consanguinitatis, Menoch. *supra, n. 55. Dec. cons. 321. n. 13.* Alciat. *de præsumpt. 28. n. 9.* D. Covarr. *infra, in fine hujus numeri*, Anton. Gab. *supra, n. 24.* & alii apud Pacian. nu. 29. qui id intelligendum docet, quando ad successionem, vel alium actum certus gradus desideratur, ut in transverfalibus, qui intra decimum gradum duntaxat invicem, succedunt sibi; secus si quis ad majoratum vult admitti: nam in genere agnatione probata obtinebit, nisi aliud proximior apparuerit.

Ibi:

Ibi: *Ad idem facit, quod Ripa.*

35 Substitutus petens fideicommissariam hæreditatem sibi relictam, si institutus sine liberis decedat; probare non tenetur, ipsum prolem non reliquisse; Molin. ubi proxime, Vincent. Fusar. *de substitutionib. quest. 436.* Bart. l. ex festo, §. *Si quis autem*, ff. ad Trebellian. Peregrin. *supra, art. 43. nu. 51.* Socin. in l. qui duos, §. 1. in fine, vers. *Quoniam, & ultimum*, ff. de reb. aub. Mantica. *supra, lib. 1. tit. 4. nu. 6. vers. Nam primus casus, & decisi. 32. nu. 2.* Mascard. *concl. 343. ex nu. 8.* Anton. Gab. d. *conclus. 6. nu. 25.* Ripa in d. §. *Si quis autem*, num. 9. vers. *Pro concordia tamen*, Boer. *decisi. 38. nu. 30.* vers. *Imò sub correptione*, Beroi. in cap. in *presentia*, nu. 347. vers. *Non omitto*, de probat. Pacian. *supra, lib. 2. cap. 7. n. 1.* quod planè procedit quoties non apparet, liberos aliquando fuisse instituto; quòd si eos exstitisse dubium non sit, maximè controversatur, an substitutus, illos patri non supervivisse, probare teneatur, de quo fusè Pacian. *supra, cap. proxima nu. 6. vers. Tertius, agit substitutus*, ubi nos nu. 24.

36 Ratio, quæ communiter tradi solet ad præmissam conclusionem, ea est, quia filius procreare, quid facti est; facta autem non præsumuntur: ex quo asserenti, liberos instituto fuisse superstites, onus probationis incumbit. Ita Molin. *dict. n. 22.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 14. numero 7.* Pacian. ex aliis, ubi proxime, nu. 3. Verum ipsa congrua non videtur, nam etsi nemo liberos suscipere, aut relinquere præsumatur, non inde sequitur, contrarium præsumi: nempe quòd absque prole quicquam decedat, ut substitutus hoc allegans pro suæ intentionis fundamento, à probationis onere releveretur. Sic diximus, divitem neminem præsumi, sed ex hoc non inducitur præsumptio paupertatis, quomòdus qui in ea se fundat, ad probationem non teneatur; ut cum Communi *supra*, fuit resolutum: neque enim rectè inferitur: Filii alicui esse non præsumuntur; Ergo præsumitur ipse non habere: cum jus, ut plerumque etiam in contrariis pro nullo præsumat, & probationibus omninò stetur, quæ iuxta illius regulam, ab allegante debent exhiberi. Quo argumento ad simile usus est D. Covarr. *supra nu. 5.* undè videtur, quod cum substitutus pro se juris præsumptionem non habeat, Negativam, scilicet filios instituto non supervivisse, in qua se fundat, probare compellatur, ex regula tradita *supra, nu. 10.*

37 Quapropter aliter defendere oportet præfata conclusionem, asserendo, quod cum Negativa naturali rei statui convenit, eam allegans ad probationem non obligatur; sed adversarius, nisi contrarium verificaverit, succumbet; naturalis status hic vocatur, in quo res esset, nullo facto, aut qualitate extrinseca accedente. Hinc est, ut, cum ad filiorum procreationem factum hominis, multaque extrinseca, ut notum est, desiderentur; qui allegat quemquam prolem non suscepisse, ad hoc probandum non teneatur, quoniam se fundat in Negativa statui hominis naturali conveniente, quod onus probationis transfert in adversarium. Ita in specie Pacian. *supra, nu. 14.* & Menoch. in *simili, d. lib. 4. præsumpt. 1. n. 2. & 3.*

#### Ad Num. 7.

38 Nota obiter limitationem insignem ad hanc l. 2. tit. 2. lib. 5. *Recopilat.* nam potest vir uxori suæ arrhas constituere ultra decimam bonorum, quæ

tempore promissionis habet, si eas de facultatibus præsentibus, ac futuris expressim promittat; quo casu mulieri optio datur, ut tempus assignet, iuxta quod computatio quoad decimam est facienda, nec amplius eidem variare licebit, etsi vir locupletior postea efficiatur; Roderic. Suar. in lib. 1. vers. *Nota ulterius*, tit. 2. lib. 3. for. Matienz. in d. l. 2. glos. 1. n. 5. Ant. Gom. in l. 50. *Taur. n. 13. ad finem*, Pat. Sanch. *de matrimon. lib. 6. disp. 29. num. 5.* ubi alii.

Dubium tamen pulchrum est, an si maritus, jam dissoluto matrimonio per mortem uxoris, ad pinguiorem fortunam pervenerit, arrhæ debeantur hæredibus iuxta bona postea quæsitæ, cum prius non elegerint, super quo consultus negativè resolvi cum Ayora *de partit. part. 1. c. 7. nu. 18.* idemque sentire videntur Castil. in l. 50. *Taur. n. 5.* Palac. Ruvios in *rubric. de donat. int. §. 24. n. 1. vers. Si autem vir.* Sed promissio arrharum excedens legis metas, non omninò est irrita; sed solum quoad excessum, Guttier. *de matrimon. cap. 19. n. 24. supra, nu. 14.* Ant. Gom. ubi proxime.

Ibi: *Dubitari enim solet, uxore agente.*

Quod uxore petente arras sibi à viro promissas, hæres excessum probare teneatur, docent Guttier. *practicar. lib. 3. quest. 40. à numer. 4.* Pat. Sanch. *supra, disp. 35. nu. 4.* Bæza *de non melior. rat. dot. filiar. c. 36. n. 19.* Ayora d. c. 7. à n. 27. quod verius est, prout D. Covarr. videtur.

Ibi: *Contrariam sententiam probare conatur.*

Sed contrarium, scilicet mulieri agenti incumbere probationem, cum Roderico Suar. sentiunt Ant. Gom. *supra*, Matienz. in *dict. l. 2. n. 9.* Gomez Vaio in *prax. lib. 2. quest. 89. n. 16.* Villadieg. in *Politie. cap. 7. nu. 18.* Azeved. in d. l. *Recopilat. nu. 19.* Mieres *de majorat. part. 1. quest. 52. nu. 13. & 17.*

Ibi: *Quandoque tamen solet heres.*

Adde Guttier. *de matrimon. dict. cap. 19. nu. 38. vers. Verum his*, in fine, Sanch. *disp. 35. n. 5.* Matienz. *supra, nu. 7.*

Ibi: *Et idem servatur, quando uxor arrhas.*

Muliere possidente, agens ad repetitionem arrharum quoad excessum, illum proculdubio probare compellatur, Sanch. Guttier. Villadieg. Azeved. & Mieres ubi proxime, Vaio, n. 17. Valdes in *addit. ad Suar. in dict. lib. 1. nu. 22. tit. 2. lib. 3. fori.*

#### Ad Num. 8.

Quando aliquis pauper censeatur? judicantis arbitrio relinquatur; Mascard. *conclus. 1159. nu. 7.* & 8. Florès de Mena. *variar. lib. 2. quest. 21. n. 130.* Pacian. pluribus laudatis, d. lib. 1. cap. 54. n. 44. Mangil *de imputat. quest. 138. nu. 4.* Surd. *de alim. tit. 7. quest. 9. n. 10.* Benincas. *de paupertat. quest. 6. n. 17. cum seqq.* Gab. Valasc. *de privileg. pauper. part. 2. quest. 42. n. 43.* Marta in *summ. successione legal. part. 3. quest. 12. art. 5. n. 9.* Escobar. *de ratiocin. lib. 1. cap. 22. n. 18.* Fontanel. *de p. nuptialib. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 9. n. 6.* Myfinger. *cent. 4. observat. 97.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cap. 65. nu. 7.* Giurba Sicil. *decisi. 18. nu. 5.* Pareja *de instrumentor. edit. tom. 1. tit. 3. resolut. 3. nu. 51.*

Pet. Greg. *sup. lib. 32. cap. 12. n. 13. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quest. 36. n. 30. Gratian. disceptat. cap. 120. n. 14. 15. 80.*

- 43 In quo Judex pendere debet personæ qualitate, de cujus paupertate probanda tractatur; nam Proceres, vel in dignitate constituti, aut nobilitate præclari pauperes sunt habendi, quamvis in bonis tantum sit illis, quantum sufficeret aliis hominibus; ut divites admodum putarentur, si illi careant necessariis ad suum statum decorè, ac decenter sustentendum; Mascard. *suprà*, n. 14. Menoch. n. 8. Pacian. n. 45. cum aliis, *Jaf. in dicit. l. si constante*, n. 131. & *in dicit. authent. præterea vers. Ex conclus. glossæ*, col. 9. est enim paupertas, ut Valasc. definit. *suprà*, quest. 4. n. 9. Carentia pecuniæ secundum personæ, vel negotii qualitatem.

Ibi: *Qua ratione tollitur controversia.*

- 44 Ut quis pauper judicetur ad testimonium in causa pecuniaria ferendum; considerari iridem oportet valorem litis, super qua deponendum est; qui si excedat bona, quæ testi sunt, hic minus idoneus ob paupertatem judicabitur, *Gloss. verb. substantiam*, in §. si verò absunt, *Authent. de heredib. & falcid. Pacian. qui communem testatur*, dicit. cap. 54. n. 55. vers. Sed in contrarium, quod intellige, ut infra numero 46.

- 45 Illud arbitrium, quod in Judice est; ad discernendum, quis pauper censetur? omnino cessat in casibus, in quibus jure decifum est, eum, qui in bonis certam quantitatem non habet, pauperem esse quoad aliquem effectum; ut sunt exempla in l. nonnulli 10. ff. de accusat. §. Sed nostra, *Inst. de success. libert. Bart. in d. l. si constante*, n. 14. vers. Quod dicemus, Mascard. d. conclus. 1159. n. 9. Pacian. *suprà*, n. 73. qui n. 77. Idem juris esse ait, cum à consuetudine, vel usu communi loquendi determinatum est, quis pauper dicatur? quod prænotaverat Beroi. in cap. 1. n. 55. vers. Unde fortè melius, de accusat.

- 46 Utrum pauperes à ferendo testimonio in judicio repellantur, aut quanta fides illis sit adhibenda? tractant Menoch. d. cas. 65. n. 11. & 12. & cas. 96. per totum. Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 12. n. 19. Farinac. in prax. crim. quest. 57. à n. 1. Campegi. de testib. reg. 113. Buccaron. de different. int. judic. civil. & crimin. d. different. 100. per tot. Cancr. *variar. part. 1. cap. 80. n. 88. Gomez Vaio d. lib. 2. quest. 80. n. 6. Pacian. d. cap. 54. à n. 54. Mascard. conclus. 1155. Cotta in memorabilib. verb. Paupertas*, pag. 662. Vivian. *commun. opinio. lib. 4. tit. 10. n. 136. 417. Rebuf. de reprob. test. à n. 387. Montalu in l. 9. glos. mag. pobre*, tit. 8. lib. 2. for. Morla in *empor. jur. part. 1. tit. 12. quest. 12.* & communis resolutio est, ut persona honesta ob paupertatem non sit prohibita, apud Judicem ferre testimonium tam in civilibus causis, quam criminalibus; Judex tamen pro qualitate pauperis ei fidem adhibebit, quæ sanè minuitur ob suspicionem, quod necessitate urgente, facile homines pretio corrumpi, & allici solent ad falso testificandum, sicut & ad alia crimina perpetranda; ut habetur *Proverbior. cap. 30. ibi: Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar. ad negandum, & dicam: quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & perjurem nomen Dei mei, & Ecclesiastic. cap. 27. Propter inopiam multi deliquerunt*, *Gloss. ad illud D. Paul. 1. ad Thessalonicens. cap. 5. Rogamus autem vos, &c. Ait eleganter: Sicut divitia negligentiam pariunt, ita egestas dum satuari quaritur, à justitia declinat*: lib. 2. ibi, *Porque**

pobredad trae atos omes à gra de cobadicia, que es raiz de todí mal, ubi Greg. *Lop. glos. 2. tit. 9. part. 24. atque ita magis dives, quam pauper vitio carere præsumitur*, Menoch. lib. 5. *præf. 4. n. 8. Nam paupertas sordes infert*, Pet. Greg. *sup. lib. 45. cap. 13. n. 7. & virtutis viam claudit*, Horat. lib. 3. od. 24. Ibi.

*Magnum pauperis opprobrium, jubet. Quidvis & facere & pati, Virtutisque viam deserit ardua.*

Martial. lib. 11.

O quantum cogit egestas!

De quibus Bobadil. in *Politic. lib. 1. c. 11. n. 21. Carleval. de judic. tom. 1. tit. 1. disp. 1. à n. 8.*

Ex hac præsumptione, divite, & paupere deponentibus, cæteris paribus, magis illi, quam huic credendum est: Bartol. in l. ex libero. ff. de questionib. Ripa in dicit. l. si constante, n. 33. Socin. Jun. *cons. penult. n. 37. lib. 2. Menoch. dicit. cas. 96. n. 9. Pet. Greg. sup. lib. 41. cap. 7. n. 7. Nec pauper est testis omni exceptione major*, Menoch. *ibidem*, Ancharran. *cons. 194. in fine*, Dec. *cons. 310. col. ult. Craver. cons. 249. n. 11. Seraphin. decis. 1279.* Et quanta mala paupertatis miseriam committunt, tradit eruditè Pet. Gregor. lib. 22. cap. 11. d. n. 6. & d. cap. 7. n. 7. ubi quod splendore nocet, ac homines contemptibiles efficit. Hinc *Eccles. cap. 40. legitur: Filii in tempore vite tua non indigas: melius est enim mori, quam intigere; nam vita pauperis est in cogitatione vitius.* Nihilominus paupertatem miris extollit laudibus Luc. de Penna in lib. 2. nu. 40. C. *quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10. multaque privilegia pauperibus jura concedunt, quæ concessit Valasc. & nonnulla refert Pacian. d. cap. 54. à n. 61. & inopiam appetibilem sibi testatur Horat. satyr. 1. ibi:*

*Semper ego optarim, pauperrimus esse bonorum.*

*Vers. Cæterum Paupertas.*

Quibus modis probetur paupertas? latè decet Pacian. *suprà*, ex n. 35. Mascard. *de conclus. 1159. cum sequentib. Valasc. supra. quest. 5. per tot. Cardin. Tusch. lib. P. conclus. 161. Angel. in d. l. si verò*, §. Qui pro rei, n. 6. vers. Quæ alter autem probetur, col. fin. ff. Qui satis. cogant.

Hujusmodi probationis per testes ultra proximè laudatos, meminere Alberic. in d. §. qui pro rei, n. 6. Florian. in lib. 2. n. 3. vers. Nec obstat huic doctrine, col. 2. ff. de probat. & Pacian. d. n. 35. notat, sufficienter probari paupertatem, si testes dicant, eum de quo quæritur, discalearum, aut vilibus vestimentis præ inopia indutum incedere: subditque, quod est hujusmodi probatio concludens omnino non fit, concludit tamen probabiliter; quod sufficit, quando rei natura non patitur, ut aliter probari queat.

Ibi: *Imò satis probatur paupertas.*

Ita Angel. in d. §. Qui pro rei in fine, Salicet. in 50 *authent. præterea, quest. 4. C. unde vir, & uxor. Alba. cons. 69. n. 6. col. 3. & alii jam laudati.* Sed hæc probatio per discussionem concludens non est, sed conjecturalis, & præsumptiva, quæ ideo admittitur, quoniam paupertas concludenter probari non potest; cum sæpissime contingat, bona esse debitori, quæ ut creditoribus satisfiat, capi nequeunt; Pacian. d. lib. 1. cap. 45. n. 17.

Ibi: *Quod si tractemus de modico præjudicio.*

Paupertas itidem, per famam probatur, Pacian. d. cap. 49.

cap. 49. n. 44. Bald. in d. §. qui pro rei in 4. in fine, Angel. ibi, n. 6. vers. Qualiter autem, col. fin. Fulgof. *ibidem in fine*, Florian. in lib. 2. col. 2. vers. Item probatur ex vulgi, ff. de probat. Dec. *cons. 120. col. 2. Jacob. de Arena in l. paupertas, ff. de excusat. tutor. Ancharran. in cap. veniens, col. penult. vers. Ego etiam dico, de verbor. significat. in 6.*

- 52 Quod tunc verum est, cum agitur de modico præjudicio; non si paupertas cedat in alicujus notabile detrimentum: Pacian. d. c. 54. n. 40. & 41. Preposit. in cap. 2. n. 5. vers. Nota quod pauper, §. distict. *Jaf. in l. si constante*, n. 127. vers. Alibi quis dicatur, col. 23. ff. solut. matrim. Abbas in cap. 1. nu. 11. vers. Et conclude, col. penult. de accusationib. Bald. in §. Item propter litem, n. 4. *Inst. de excusat. tutor. & in l. ubi ad huc*, n. 48. vers. Quærit hic Glossa, col. antepenult. C. de jur. dot.

- 53 Undè mulieri agenti ex d. l. ubi ad huc, ad dotem adversus maritum; ob inopiam ejus, satis est probare per famam: quoniam ille quamvis damnetur, non multum damni patitur: quod si cum tertio possessore contendat, ut revocet per virum alienata, paupertatis probatio per famam non proderit, cum de gravi præjudicio tractetur Duenas reg. 299. vers. *Limita quinto*, Hypolyt. in l. de minore, §. Plurimum, n. 56. ff. de questionib. Mascard. *concl. 1019. n. 1. cum aliis quoniam fama probat regulariter plenè, quoties de modico præjudicio tractatur*, Mascard. *concl. 1159. nu. 20. Benintendis Bononiens. decis. 68. numero 1. Joseph. Ludovic. Lucens. decis. 22. nu. 14. Pet. Barbof. in d. l. si constante, in princip. n. 63. Maxime cum paupertatis probatio, ut potè quæ in Negativa consistit difficilis sit probationis, & in his fama plenam probationem inducit; Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 89. numero 88. Cevail. tom. 1. quest. 307. n. 10. Bart. in l. si quidem, C. sol. matrim. Roman. cons. 66. Rota apud Verallum decis. 49. Mascard. conclus. 753. n. 22. Farinac. in prax. part. 1. tom. 1. tract. de indic. & tortur. n. 90. & 91.**

- 54 Testes autem defama deponentes, debent & de propria credulitate dicere: scilicet illum pauperem se æstimare; Pacian. d. cap. 54. nu. 42. Bald. *cons. 222. n. 2. vers. Subsequenter quærebatur*, vol. 1. Ripa in d. l. si constante, numero 37. vers. *Circa tertiam questionem*, col. 9.

Ibi: *Tamen secundum materiam subjectam.*

- 55 Hanc interpretationem ad d. l. si constante, probat Pet. Barbof. ad illam, n. 64. Verum aliter Ulpianus, ne obstat, potest intelligi, qui ideo verbo, *evidentissime*, visus est, ut doceat, quod non propter quamcunque patrimonii diminutionem, quæ viro contigerit; statim mulieri ad dotem actio danda est; nisi talis sit, ut manifestè appareat, eisdem periculum amittendæ dotis imminere; ne in mulierem esset potestatis, viros suos facile bonis dotalibus spoliarè: quod quidem locum habere potest, cum vir ad inopiam vergit, de cujus facultatibus potest ambigi, num sufficiant ad dotis exactionem. At cum jam in paupertatem incidit, ita ut communiter inops habeatur; dubium non est, quin ejus bona ad dotis exactionem non sint satis: & sic per famam inopia probata, evidentissime appareat, facultates mariti ad exactionem dotis non sufficere, quod Ulpianus desiderat, ut mulier ex ea lege agens audiatur. Cui distinctioni adimplatur, quod DD. notant, scilicet non esse idem, pauperem esse, ac in paupertatem declinare: Butrigar. in l. actor. in fine, C. de probat. Pacian. *dicit. cap. 54. num. 80.*

Ibi: *Ex eo quod negatio simplex non capiat, nec patitur.*

Negativa assertio nullo loco, vel tempore coarctata, impossibilis est probationis, cap. *super hoc* §. de renuntiation. ca. bone 23. §. *Contra legati*, de electione, Pacian. plures referens, lib. 1. cap. 37. à n. 1. Cancr. *variar. part. 1. cap. 15. n. 41. Tusch. lit. N. conclus. 30. n. 1. Jul. Clar. in prax. §. fin. quest. 52. n. 4. vers. Scias autem*, Tondut. *question. benefical. part. 2. ca. 3. §. 1. n. 20. Mandos. ad regul. 14. Cancellar. de infirmat. resignant. quest. 6. n. 4. Herculan. supra; n. 124. Ant. Gab. d. tit. de probat. conclus. 6. Mascard. conclus. 191. nu. 3. Caroc. d. locat. part. 3. tit. de Negativa proband. Cardos. in prax. judic. verb. probatio, n. 29. Menoch. lib. 2. *præf. 50. n. 11. Undè testes deponentes super tali Negativa, de falso suspecti sunt, ut eis fides nulla adhibeatur*, Menoch. *dicit. lib. 2. præf. 55. n. 7. Mascard. conclus. 1374. n. 10. Gail. practicar. observat. lib. 3. observat. 64. n. 4. Jul. Clar. supra n. 3. in fine*, Farinac. *in prax. crim. quest. 65. n. 105. & 206. Bald. in cap. 1. §. Si quis per triginta, in fine. Si de feud. defuncti. contr. sit int. domin. & agnatum, in usib. feudor. Non tamen ut ipsis pena imponatur ob falsitatem*, Jul. Clar. *suprà*, §. *Falsum, vers. Solet etiam dici*, Farinac. *dicit. quest. 65. n. 207. Bos. in prax. crimin. tit. de pen. reor. n. 34. Buccaron. supra, different. 53. à n. 9.**

Aliquando tamen simplex Negativa probari potest, ut per instrumentum, vel confessionem adversarii, quod inferius probabitur: sed quando & quomodo probabilis sit? docent Herculan. in tractat. special. de Negativa probanda Menoch. *dicit. præf. 50. à n. 7. Tusch. lit. N. dicit. conclus. 30. Pacian. lib. 1. cap. 38. Daniel. Venator. in an. abs. jur. Pontificii, lib. 1. tit. 9. axiom. 2. Otter. in repet. cap. fine, n. 30. de consuetud. Amat. cum plurimis, *variar. lib. 1. resol. 42. num. 18.**

Ibi: *Ex quibus Bartoli verbis deducit Alexander.*

Notorium quid sit, no eodem modo ab Inter-pretibus definitur, ut videri potest apud Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 166. Cyriac. tom. 2. controverf. 333. à n. 2. Vivian. commun. opinio. lib. 4. tit. 9. n. 29. cum aliis*, Mascard. *conclus. 1101. Farinac. supra, part. 1. quest. 21. à n. 8. Clar. dicit. §. fin. quest. 9. Communis verò sententia id iudicis arbitrio relinquit Menoch. n. 7. Cyriac. n. 7. & 8. Bart. in l. scriptus, n. 2. vers. *Alii remittuntur, ff. de religiof. & sumpt. funer. & alii, qui subdunt*, Judicem id Notorium arbitrari debere, quod ab omnibus de populo scitur, aut verosimiliter sciri potest: ad quod sufficit, si coram decem personis aliquid fiat, Cyriac. n. 3. Mascard. *de probat. conclus. 1106. n. 17. Cyn. in l. ea quidem, C. qui accusare non poss. Bald. in d. l. si verò, §. Qui pro rei, ff. qui satis. d. cog. Fr. Emman. q. Regular. tom. 2. quest. 6. art. 4. Farinac. supra, n. 47. sed Argel. *de acquir. possess. quest. 4. art. 1. n. 36. inquit*, Notorium esse illud, quod ante oculos situm est, vel ita in mentibus hominum radicum, ut avelli, aut occultari non possit, ex Baldo in l. Cives C. de appellat.**

Est autem Notorium duplex, facti, & juris, facti notorium est, quod ita communiter patet, ut nulla tergiversatione celari queat; juris quod in iudicio legitime per testes vel instrumenta probatur: primum, Notorium proprie dicitur secundum, non utique; Argel. *suprà*, nu. 37. latè Capra in tract. de Notorio, Mascard. d. *conclus. 1101. Farinac. dicit.*